



Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde utilia sunt
Confessariis in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Ordinatorum ante ætatem, extra tempora à iure statua, & sine litteris
Dismissoriis poenæ, ibid.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

quâ habitat: Item nisi testimoniales litteras habeat ætatis suæ per Parochum inspecto libro Baptismali, aut auditis parentum vel susceptorum, vel ijs deficientibus aliorum fidei dignorum testiū depositionibus, fideliter expeditas secundum formulas supra n. 6. & 7. annotatas, tituliq; sufficientis documēta.

I. Aetas ordinandorum ad Subdiaconatum, Diaconatum & Presbyteratum seruanda etiam per Regulares examinandos ab Episcopo.

2. Ordinatorū ante ætatem, extra tempora à iure statuta, & sine literis Dimissoriis, Pœnæ.

XIX. Circa Ordinandorum ætate seruetur Decretum Concilij Tridentini, a nimirum ut nullus ad Subdiaconatus ante vigesimum secundū, ad Diaconatus ante vigesimum tertium, ad Presbyteratus ante vigesimum quintū ætatis suæ annum inchoatum promoveatur. Neque singuli in ea ætate constituti debent ad hos ordines assumi, sed digni duntaxat, & quorum probata

vita senectus sit. Regulares quoque nec
in minore aetate, nec sine diligentia E-
piscopi examine, quemadmodum in
codem Concilio Tridentino a prescri-
ptum est, ordinoentur: priuilegijs qui-
buscumque, quoad hoc, penitus exclu-
sis. Si quis autem vel sacerdalis, vel Re-
gularis absque speciali dispensatione
Apostolica, ante huiusmodi aetatem ad
aliquem ex sacris Ordinibus se fecerit
promoueri, à suorum ordinum execu-
tione ipso iure sit suspensus; & si eâ su-
spensione durante, in iisdem Ordini-
bus ministrare presumperit, eo ipso
irregularitatem incurrit, præter alias
penas, in tales generaliter à iure infli-
ctas, Beneficijs Ecclesiasticis, quæ ob-
tinet, potest iure priuari; quæ omnia
& singula ex Constitutione fel. rec. Pij
secundi Pontificis Maximi b. etiam in
ijs locum habent, qui extra tempora à
iure statuta, vel absque literis Dimisso-
rijs Antistititis sui Diocesani sacerdis Or-
dinibus se ingerunt.

a Conc. Trident. sess 23. de reform c 12. Conc.
Provinc. Coloniæ sub Henrico Archiep. ca 8.
pag. 80 & 98. col 2. b Pij Papa 2. Con-
stitutio 7. tom. 1. Bullarij.

Nemo

Nemo ordinandus est absque Canonico
titulo beneficiari pacificè posseſſo.

XX. Cum nullus ad ordines titulo
beneficij Ecclesiastici quantumuis o-
pimi promoueri debeat, niſi canonica
institutionem, & pacificam poſſeſſio-
nem eiusdem beneficij ſe obtinere an-
tea probauerit; & idcirco qui ad Ordin-
inem Subdiaconatus ſe praesentare vo-
luerint, maturè prius examinata illius
muneris, ad quod aspirant, dignitate, &
ſi bonus quod vltro appetunt (nempe
perpetuam castitatem feruandi, & Dei
feruitio atque Ecclesiæ ministerio ſe
totos mancipandi) vires eorum, Deo
adiuuantे, excedere non ſperant, com-
pareant aliquot diebus ante ipsam or-
dinationem, coram nostro in Pontifi-
calibus Vicario, cum documentis col-
lationis seu institutionis, poſſeſſio-
nis; nec non anni valoris ſui beneficij,
ad cuius titulum promoueri intendunt:
quæ ſi ſufficientia iudicauerit, hoc ſuo
ſcripto teſtabitur, ne cum ad examen
vitæ & doctrinæ venitur, hæc ioquifi-

b s rlo,